

cus si nescivit esse servum; tunc enim ordinatus ad idem prestandum tenetur can. 19. d. 54. & si satisfacere nequit, subdiaconus, vel diaconus deponitur, & reductus in servitute domino restituitur: Presbyter vero ob honorem sacerdotalem in gradu permanet, sed amissione peculii multatur can. 9. d. 54. Quod si ordinatio, sciente, & non contradicente domino, facta est, ordinatus evadit liber can. 20. d. 54. quia ex dispositione juris presumitur absolute a domino manu-

missus. 2. Q. II. Quid juris, si servus religionem profiteatur, infans domino? R. Si monasterium ignoravit esse servum, intra triennium tenetur eum restituere domino repenti, fide tamen accepta de immunitate can. 17. q. 2. restitutus autem manet obstrictus votis. At si Prelatus scivit esse servum, hic non restituitur, sed Prelatus tenetur pro eo satisfactionem prestare secundum boni viri arbitrium; professus vero evadit liber, & ordinari potest.

TITULUS XIX.

De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

1. Agitur de hac materia in Decreto d. 51. & 53. Illi autem dicuntur obligati ad ratiocinia, qui tenentur ad reddendas rationes propter aliorum bonorum administrationem, vel publicam, ut curiales regni, & communitatum, vel privatam, ut tutores, curatores, exequutores testamentarii &c.

2. Q. I. An obligati ad ratiocinia publica, vel privata antequam his satisfaciatur, ordinari possint? R. Negative c. un. h. t. quod licet loquatur de procuratoribus, feudadministratoribus, tamen propter identitatem rationis comprehenditur extenditur ad eos, qui ex aliquo officio, vel negotiatione seculari aliis obstricti sunt, ut miles can. un. d. 53. vasalli obligati ad obsequia personalia arg. can. 2. credo 21. q. 3. Ratio hic faciendi fuit, ne Ecclesia variis exinde libus vexetur, & quia talium ordinatio esset principalibus in prejudicium. Compositis autem rationibus, vel si aliter solvi nequit, cessis bonis, non prohibentur administratores ordinari, ut nec alii debitorum per se loquendo, si quid ex alio titulo debeant, ut mutuo, conducto &c. cum id nullo jure caveatur. Nec obstat leg. 6. §. 1. ff. de muner. & honor. quia jure civili irregularitas ad ordines induci non potuit.

Licet castro honorum facta fuerit absque ignominia, & absque eo quod caeteris bonis vilem viridem, aut aliud ignominia signum deportaverit, ideoque infamiam accipiat juxta Baldum ad textum in lege, Debitorum. Cod. de quibus causis infamia irrogatur, non est tamen ordinandus ob periculum, quod bona post cessionem ipsi assignata titulo patrimonii fueri a creditoribus occupentur: per cessionem enim bonorum quis minime liberatur ab ere alieno, si ad pinguiorem fortunam devenerit; cum juxta textum in cap. Revenit. de fidejussor. a creditoribus ex defectu bonorum propriorum Clerici occupari possint nequam fructus patrimonii, sed etiam beneficii, & prebende, relicta tamen congrua; ut his innoxia rationibus resolvit Congreg. Convall. 23. Jun. 1725. in Arvien. ut in Thesaur. Resoluit.

Id etiam cautum est in cap. Odoardus. de solut. quo statuitur, ne clericus propter as alienum in carcerem deturbandus, nec excommunicetur; sed ut presertim idoneam cautionem de solvendo, si ad pinguiorem fortunam devenerit: nec oportet ad effectum hoc beneficio fruendi, ut bonis cedat; ne scilicet clericali status ignominia irrogetur, juxta Abbatem in d. cap. Odoardus n. 8. Ancaran. n. 7. Fagnan. n. 58. de solut. & Bellet. discussit. Clericorum par. 1. de Clerico debitorum §. 1. num. 35. ex quibus colligitur, quod castro bonorum infamiam importet non juxta bonorum opinionem tantum, sed etiam juxta sensum Ecclesie.

Vide notata in summariis lib. II. tit. 8. de dilation. post cap. Expositus 4. & lib. III. tit. 23. de solut. post cap. Odoardus 3.

3. Q. II. An officia, & administrationes Clericis permixta impediunt susceptionem ordinum? R. Negative: nam quod Clericis est permixtum, statum Clericalem impedire non debet, cum circa hoc jus non extet

prohibitorium; unde ordinari possunt. 1. Principum cancellarii, consilarii, imo & causarum civilium auditores. 2. Administratores bonorum Ecclesie, vel aliter pie cause. 3. Tutores, curatores & procuratores miserabilium personarum, ut pupillorum, viduarum &c. 4. Habentes tutelam legitimam agnatorum. Cum obligatis ad ratiocinia solus Papa dispensare potest; sed non solet ob prejudicium principalium.

TITULUS XX.

De corpore vitiatu ordinandis, vel non.

Agitur de hac materia in Decreto d. 49. & 55. Est autem hic titulus alius a tit. de Clerico agrotante, vel debilitato: in illo enim tractatur, an Clericus agrotus amittere debeat beneficium actu obtentum; in hoc autem disponitur, an habens vitium corporis possit ordinari, vel in suscepto ordine ministrare.

1. Q. I. Qui corpore vitiatu sunt irregulares, quos non decet ad statum Clericalem admitti? R. Mutuati, seu carentes membro principali, ut est oculus, natus, pes &c. vel si careant pollice, aut indice ad sacrificandum necessario; item qui in se ipsos ferventem ad injuriam Creatoris sibi digitum abscondunt, aut aliam partem; vel continentem, aut vocis causa se castrari voluntarie sinunt c. 6. h. t. can. 4. & seqq. d. 55. Ad mutilatos autem non pertinet, qui in cunis, vel non voluntarie castrati sunt, vel qui partem digiti, aut alterius membri amiserunt; modo non adit notabilis deformitas c. 1. & seqq. h. t. imo carens ungula pollicis, si adhuc fortis sita frangendum hostiam, licite promovetur ad Sacerdotium c. fin. h. t. 2. Debitati, seu habentes membra aliqua inextra ad functionem ordinum, ut sunt manci c. 6. h. t. pedibus capti, ut ad altare stare nequeant can. 57. dist. 1. de Conf. surdi; & muti, ceci utroque oculo, vel sinistro tantum, seu Canonico, carentes digitis Canonici; abtenui, qui omnino non possunt vinum bibere &c. item omnes laborantes morbo incurabili, ut furiosi, amentes, arreptitii, seu a demone obsessi, lunatici, frequentem vomitum patientes, leprosi, paralytici, & epileptici, qui, cum vix unquam perfecte curentur, arcenti sunt ab ordinibus. 3. Deformis, seu laborantes notabili macula, defectu, aut excessu aliusque membri, ut sine horrore, aut risu conspici non possint, ut truncati naribus, aut auriculis, si capillus deformitatem non tegat, claudi, & gibbosi: si tamen claudicatio, & gibbus non asserit notabilem deformitatem, non obest ordinationi. Item monstruosi, ut gigantes, nani, duo capita, quatuor brachia, sex digitos, vel tres, aut quatuor in una manubantes, hermaphroditi, & quicumque alii ita deformes, ut horrori sint intuentibus.

Quoad defectum stature parve nihil precise in jure statutum legitur; est enim tantum generalis regula, quod ille defectus cause irregularitatem, qui congruum ordinis exercitium impedit; aut qui notabilem deformitatem, horrorem praesentem, & ad risum moventem asserit: cum de caetero & Paulus Apostolus adeo parva fuerit statura, ut Jo. Chryso. cum appellaverit miculitalem; sic S. Hieronymus, sic S. Antoninus, qui propterea hoc diminutio nomine appellatus fuit, ut legitur apud Theophilum Raynan. tom. 13. in opere, cui titulus Laus Brevitatis. pag. mihi 485. Verum, an hic defectus aut impediatur ordinis exercitium, aut risum, vel horrorem asserat, iudicium pertinet ad Ordinarium ex decreto Cong. Conc. 12. Jul. 1721. in Marsicana in Thes. Resol.

De omnino caco Bened. XIV. Hist. Eccl. 34. §. 2. probat ex decretis ejusdem Cong. neque ad primam tonsuram admitti posse. &c.

2. Q. II. An vitium corporis ordinibus susceptis superveniens indicat irregularitatem? R. Non inducere simpliciter, sed tantum secundum quid, scilicet quoad illum actum ordinis, quem sine periculo, vel ob magnam deformitatem sine scandalo, & irreverentia, ordinatus exercere nequit. Sic Sacerdos, amisso digito Canonico, potest confessiones audire, cononari &c. c. 2. de Cler. agror. ibi: ipsum autem ceteris officiis Sacerdotalibus fungi minime prohibentur. Excipit, nisi vitium corporis oriatur ex proprio delicto, cui annexa est irregularitas simpliciter talis, ut si Clericus mutilatus can. 4. d. 55. & c. 5. ne Clerici.

3. Q. III.

3. Q. III. Quis super irregularitate ex vitio corporis orra iudicare, determinare, & dispensare possit? R. 1. In dubio, an deformitas, & alius defectus corporeus sit sufficiens ad inducendam irregularitatem, iudicare, & determinare est Episcopi c. 2. h. t. can. 3. d. 33. ibi: per discretionem Episcopi: quod probabilius procedit etiam quoad Regul. exemptos ordinandos; quia Episcopus non tenetur eos ordinare, si iudicet vitium corporis adeo esse grave, ut licite non valeant ad ordines admitti. Rodriq. Nav. Reiff. &c.

2. R. 2. In vitio ordinibus susceptis superveniente, etiam Prelatus Regularis saltem exemptus iudicare, & determinare potest, an inducat, vel non irregularitatem. Reiff. Schmalz. & alii committunt: nam per c. 3. de priv. in 6. Prelatus Reg. in suos Religiosos habet jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, ergo ipse est iudicare, & determinare, an defectus corporeus generet scandalum, vel irreverentiam, ob quam Religioso vel simpliciter, vel saltem in publico prohibeatur exercitium ordinis. Sacerdotes epileptici, seu caduco morbo laborantes, si perfecte curati sunt, admitti possunt ad celebrationem missae, si vero liberati non sunt, sed raro casum epilepticum patiuntur, privatum celebrare poterunt, adjuncto eis Sacerdote, qui missam in defectu perficere possit. Schmalz. & alii. Pro faciendi experientia liberationis assignatur unius an. spatium can. 3. d. 33. nisi ex medicorum iudicio aliud videretur.

3. R. 3. Directe dispensare in hac irregularitate corporeis solus Papa potest: non tamen solet, sed plerumque referit Ordinariis, ut ipsi dispensent, si non est tanta deformitas, quae scandalum, & gravem irreverentiam generet, c. 2. h. t. Episcopus in vitio notorio de jure communi non dispensat, sed solus declarat, an vitium impediatur susceptionem, vel executionem ordinis. At si vitium est occultum, dispensare potest in irregularitate ex Trid. Resol. 24. c. 6. de reform. quod item possunt Prelati Reguli cum Religiosis subditis, vi Privilegiorum, Rodriq. Donat. Mirand. Compend. Priv. Minorum, Prædicat. S. J. &c.

TITULUS XXI.

De Bigamijs non ordinandis.

Agitur de hac materia in Sexto h. t. In Decreto d. 26. 33. 34. & can. quicunque d. 77. & 28. q. 3. in Trid. Sess. 23. r. 17. in fin.

1. Nota bigamia, seu digamia esse successivam matrimonii iterationem; & distingui a polygamia, quia hec pluralitatem uxorum simulante habet. Est autem iure can. bigamia triplex. Vera, dum vir successively cum duobus matrimoniis contraxit, & consummavit. Interpretativa, dum vir se ipsa cum una contrahens, fictione, seu interpretatione juris censetur cum duobus contraxisse, & consummase matrimonium, ut si viduam ducat &c. Similitudinaria, dum vir post susceptionem sacrum ordinem, vel emissam professionem Religiosam, de facto (non de jure propter impedimentum dirimens) iurat, & consummat matrimonium cum una virgine.

2. Q. I. An bigamia vera indicat irregularitatem? R. Affirmative ex rubrica negativa hoc tit. & Apostolico præcepto 1. Timoth. 2. oportet Episcopum esse unius uxoris virum, quia Ecclesia propter eminentiam status Clericalem voluit, ut Episcopi, & alii Clerici significet perfectam unionem Christi cum Ecclesia, sponsi unici cum sponsa unica; sed bigamia consummata, quæ caco dividitur cum pluribus affectu maritali, licet significet unionem Christi cum Ecclesia, non tamen significat perfectam, seu modo perfectam, tantum unici sponsi cum unica sponsa, ut de se pater; ergo bigamia habet defectum hujus perfecte significationis; & ex tali defectu oritur hec irregularitas. Et quia defectus iste perseverat etiam post baptismum auctoritatis, necessario sequitur etiam illum fieri irregularem, qui in infidelitate duas uxores habuit, vel unam ante baptismum, & alteram post, ut decidit Innocent. Papa can. 3. d. 26. & S. August. can. 2. ibid. & can. acutus 28. q. 3. quibus cedere debet auctoritas S. Hieron. oppositum sentiens can. 1. d. 26. & can. 1. oportet 28. q. 3.

Dices: 1. Unio Christi cum Ecclesia duas habet perfectiones: virginitatem, & fecunditatem spirituum filiorum, quia Christus virgo est, & Ecclesia virgo est, uterque tamen fecundissimus spirituum filiorum; ergo Clerici in matrimonio ante contracto debuerunt esse virgines, & simul fecundi; quod tamen non reperitur, nisi in matrimonio B. V. & S. Josephi. 2. Qui in infidelitate occidit auctoritate publica, vel privata, post baptismum non fit irregularis ex omnium sententia; ergo nec ille, qui prius duas uxores habuit. R. ad 1. Ecclesia ex suppositione, quod aliqui Clerici non sint virgines, requirit in eis monogamiam, ut saltem unam perfectionem fecunditatis significant, scilicet Christi sponsi unici fecundi cum Ecclesia sponsa unica fecunda; cum matrimonio fecundum, quod fuit B. Virginis cum S. Jos. naturaliter non sit comparabile cum virginitate. Plura de his vide in Bellam. Ad 2. Neg. con. nam occidens in infidelitate nec diligit contra lenitatem christianam, nec violavit legem Ecclesiasticam; adeoque nullam irregularitatem post baptismum exinde contrahit: e contra habens duas uxores defectum perfecte significationis retinet, non secus ac defectum corporis ille, qui fuit cæcus, vel mancus; ergo suscepto baptismum, statim in eo oritur irregularitas ex defectu; sicut si infans natus est illegitimus, vel membro deficiente, qui defectus utique non purgatur per baptismum. Ex his plura similia solvuntur.

3. Q. II. An, & in quibus casibus bigamia interpretativa inducat irregularitatem? R. Affirmative in seqq. 1. Si quis viduam duxit, & cum ea matrimonium consummavit can. 17. Apostolorum, can. 2. d. 33. c. 3. h. t. 2. qui inivit alterum matrimonium, vel duo successive ex aliquo impedimento invalida, & illa affectu maritali consummavit c. 4. h. t. nam in his casibus vel non adest, vel propter affectum maritalium contrahentis a jure fingitur non adesse perfecta significatio Sacramenti. Ad hanc irregularitatem reducitur alii duo casus, si quis duxit fornicariam a pluribus cognitam, vel cognovit uxorem suam adulteram can. 11. d. 15. d. 34. Causa hujus irregularitatis non est defectus significationis, cum nec fornicaria, nec adultera carnalis suam affectu maritali dividerit in plures, ut supponitur; sed causa est sola incestiva specialis, quam ex iudicio Ecclesie typus est Clerico habuisse, vel habere uxorem fornicariam, vel adulteram; ob quam causam etiam is, qui duxit ancillam, seu servatam, vel actricem comedatam, fit irregularis can. 15. d. 34. E contra quia virgini non est turpe habere virum Clericum, qui cum illa fornicatus est, ideo vir ex causa fornicationis, vel adulterii non fit irregularis c. 6. h. t. Cui non obstat can. 2. d. 33. ubi dicitur irregularis, qui unam quidem, sed concubinam uxorem habuit: nam scito est de concubina a pluribus cognita; vel si jure antiquo concubinarum inducebat irregularitatem, ei derogatum est per cit. c. 6. h. t. Alia ratio, cur vir fornicarius non fiat; ducens vero meretricem fiat irregularis, adduci solet ex S. Thom. quia actiones specificantur a termino ad quem: ergo si mulier tanquam terminus ad quem, carnem suam dividit, etiam vir eam ducens, & cognoscens fingitur carnem suam dividisse. Sic ex opposito, si mulier esset capax ordinum, nubendo viro fornicario fieret irregularis. Que ex causa peccati hic opponi possent, non sunt efficacia; nam vir ex delicto commodum non reportat, sed propterea panis potest; est autem immunitas ab irregularitate, quia nullus est defectus significationis Sacramenti.

4. Q. III. An bigamia similitudinaria inducat irregularitatem? R. Affirmative. fin. h. t. nam Clerici in factis, & Religiosi professi per votum solemnem castitatis contrahunt quoddam conjugium spirituale cum DEO, Ecclesia, & Religione; ergo si attemptent contrahere matrimonium carnale, & illud consummare, merito ab Ecclesia notantur irregularitate bigamie can. 24. & 32. can. 27. q. 1. Nec obstat, quod tale matrimonium re ipsa sit nullum, adeoque non prestat impedimentum per rez. 52. in 6. nam quoad irregularitatem in matrimoniis contrahendis, non juris effectus, sed animi definitio attenditur. c. 4. h. t.

5. Q. IV. Qui immunes sunt ab irregularitate bigamie? R. 1. Qui contraxit sponsalia de futuro cum duabus,

duabus, etsi secuta fuerit copula fornicaria. 2. Qui duxit alteri deponatam virginem. 3. Qui cum duabus contraxit de presentibus, sed cum una consummavit matrimonium: nam in his, & similibus casibus, cum caro non sit divisa affectu maritali, nec irregularitas bigamiae est locus. Nec obstat *Can. 9. & 10. d. 34. & Can. 4. qualis 30. q. 5. & Can. 2. d. 33.* nam procedunt de muliere ab alio corrupta.

6. Q. V. *Quis dispensare possit in irregularitate bigamiae?* R. 1. Papa quidem potest, sed non solet ob reverentiam praecepti Apostolici, nisi ex urgentissima causa. c. 2. 3. h. t. Nec obstat, quod Apostolus monogamiam requirit in Clericis: nam licet omnia in Sac. Scriptura expressa cadant sub fidem; non tamen omnia sunt juris divini, sed multa juris humani, uti illa, ne Episcopus sit percussor, ne bigamus &c. R. 2. Episcopus in irregularitate bigamiae vera, vel interpretativa non potest dispensare ad ordines minores, & beneficia simplicia. Ita communior DD. ex jure novo Trid. sess. 23. c. 17. in fin. de ref. ubi hoc per expressam exceptionem, *admodum non bigami*, prohibetur. Quod ipsum, teste Garcia, declaravit Sac. Congreg. Concil. 30. Januarii 1589. & approbavit Sixtus V. conformiter *Can. 59. d. 50. c. 2. h. t.* quibus iuribus cedere debet *Canon 18. d. 34.* Si tamen talis irregularitas occulta esset, in ea dispensare posset Episcopus, vel Trid. sess. 24. cap. 6. de reform. Ex his explicandus est S. D. qui scripsit ante Trid. in 4. dist. 27. *quasi. 1. a. 3. R. 3.* In bigamia similitudinaria pura, si Clericus in Sacris, vel monachus attentatum cum virgine matrimonium consummavit, dispensare ad exercitium ordinum potest Episcopus, & Prelatus Regularis, c. 4. de Cler. conjug. & c. 1. qui Cler. vel vocantes, ubi talis dispensatio permittitur post praestitam poenitentiam: nam haec irregularitas non oritur ex defectu, sed ex delicto: in hac autem facilius dispensatur, quam in illa. Ceterum in supplicatione dispensationis exprimens est qualitas bigamiae, an vera, an interpretativa, an similitudinaria sit? non vero an supplicans sit trigamus, vel quadrigamus, cum aequae irregularis sit bigamus, ac trigamus.

7. Q. VI. *Quae sit poena ordinantis bigamum, & bigami ordinati?* R. 1. Ordinans suspenditur a collatione ordinum, quos bigano consulit, & a celebratione missae per annum, *Can. 2. d. 55.* quae tamen poena est sententia c. 2. h. t. ubi: *Ordinantes sunt privandi potestate ordinum.* 2. Bigami ordinati privantur executione omnium ordinum, etsi uxor mortuam. *ibid.* 3. Minoritate saecularis bigamiam veram, vel interpretativam contrahentes, privantur omni privilegio Clericali, & jurisdictioni seculari subiciuntur, *cap. an. h. t. in 6.* Constituti vero in sacris, privilegia Clericalia retinent, nisi degradentur, sed manent perpetuo suspensi *cit. cap. 2. hoc tit.* Idem dic de Regularibus, si contracta bigamia vera, vel interpretativa ordinati sunt.

TITULUS XXII.

De Clericis peregrinis.

De hac materia agit in Decreto d. 71. 72. 73. ubi de dimissis & d. 98. item 7. q. 1. in Trid. Sess. 22. c. 1. *quanta & deinde & Sess. 23. c. 16. v. nullus de ref.*

1. Nota hunc titulum esse diversum a tit. de Clericis peregrinantibus lib. 2. nam in isto agit de Clerico proficiente Romae ex causa appellationis, vel visitandi sacra limina; at in presenti agit de Clericis vagis, & ignotis, an, & quomodo admittendi sint ad suspensionem, vel executionem ordinum.

2. Q. *Quid in h. t. statuatur circa Clericos peregrinos?* R. 1. Hi non sunt promovendi ad superiorem ordinem, nisi praeter dimissorias adferant etiam formatas, seu ordinum susceptorum testimonium c. 1. h. t. ubi illius forma praescribitur. 2. Non sunt admittendi, etiam apud Regulares exemptos, ad divina celebranda, & sacramenta ministranda, nisi afferant commendatitias, ex quibus constet non tantum de legitima ordinatione, & carentia impedimentorum Canonico-rum, sed etiam de moribus, & doctrina *cap. 1. hoc tit. & Can. 7. d. 71.*

Imo Episcopus prohibere potest Regularibus etiam

com. consensum infidione, ne in suis Ecclesiis permittant Sacerdotibus saecularibus exivis missam celebrare, nisi prius hi ab eodem Episcopo, visiti eorumdem literis commendatitiis, admitti fuerint, ut ex pluribus decretis Cong. Conc. relat. a Bened. XIV. Instit. Ecclesiis 24. §. 1. & lib. IX. de Synod. dioces. cap. 15. n. 5. &c.

Tales litteras Episcopus tenetur dare, si petantur ex causa rationabili, ut propter salutiferam peregrinationem, domicilium, vel diocesim mutandam.

Ita etiam decisum legitur a d. Cong. 22. Nov. 1749. in segn. Decretorum, ut in thes. resolut. &c.

Secus, si iter fiat ex levitate, & Episcopo insulato; quo sensu procedit *Can. 23. si qui 7. q. 1. & Can. 35. d. 5. de consecr.* Quod si Clericus casu aliquo, v. g. per naufragium &c. amiserit dictas litteras, & per testes cum fama communi probaverit suam ordinationem, admitti poterit ad divina celebranda. Solum autem iuramentum non sufficit, nisi ad privatim, & sine stipendio celebrandum, si nulla sit praesumptio falsitatis, quia tunc, si Sacerdos non est, non desinit populum, sed se ipsum c. 2. 3. h. t. Item circa tales peregrinos observanda sunt statuta particularia cujusque diocesis. 3. Praetuli Ecclesiarum Episcopo subiectatum sine ejus consensu non possunt conferre beneficia Clericis alienae diocesis, praeterim curata c. fin. h. t.

Postquam compilator egisset de ordinationibus Clericorum, & impedimentis ordinationum, transit ad verba Clericorum officia, ut Archidiaconi, Archipresbyteri &c. Quia vero circa haec officia plerumque attenditur consuetudo Ecclesiarum, & non jus commune, ideo breviter de his agam.

TITULUS XXIII. usque ad XXVII.

De Officio Archidiaconi, Archipresbyteri, Primitivii, Sacristae, & Custodis.

Agitur de Archidiacono in Decreto *Can. 1. d. 25. §. ab Archidiacono Can. 8. d. 74. & Can. fin. d. 94. de Archipresbytero Can. 1. d. 25. §. Archipresbyter vero, de primitivo ibid. & Can. 1. d. 21. & d. 91. de sacrista cit. Can. 1. d. 25. de custode d. 93.*

1. Q. I. *Quid statuatur circa Archidiaconum?* R. 1. Archidiaconatus de jure communi est prima dignitas post Episcopalem *cit. Can. 1. d. 25. & c. 7. h. t.* ubi Archidiacono attribuitur jurisdictione pro foro externo. Licet enim Archidiaconus ordine sit inferior Archipresbytero, jurisdictione tamen, & dignitate est superior, & ideo dicitur *senior*; & Vicarius natus Episcopi; definiturque, quod sit persona in Ecclesiastica dignitate constituta, vires gerens Episcopi in gubernanda diocesi, omnemque eam habens circa Clericos, & eorum Ecclesias, *cit. c. 7. h. t.* Quomodo differat a Vicario generali Episcopi, infra tit. 28. dicitur. 2. In Archidiacono, tanquam Principe Diaconorum requiritur, & sufficit ordo Diaconatus; & quia plerumque curam animarum habet in foro externo, requiritur in eo annus 25. inchoatus, & scientia eminentis magistri in Sac. Theologia, vel Sac. Cann. Trid. Sess. 24. c. 12. de ref. 3. Officium, & potestas illius describitur c. 1. & seq. h. t. cauae autem graviores subducit sunt ei, & attribuit Episcopo per Trid. Sess. 22. c. 3. 18. 20. & Sess. 24. c. 5. de ref. ut visitare diocesim, examinare ordinandos, iudicare causas beneficiales, matrimoniales, concubinatus, & alias criminales. Hodie in quibusdam cathedralibus nec nomen est Archidiaconi: alicubi nomen quidem extat, sed non dignitas compo- testate, & jurisdictione.

2. Q. II. *Quid statuatur circa Archipresbyterum?* R. 1. Archipresbyter, seu Princeps Sacerdotum de jure communi est, qui regit ceteros Presbyteros in his, quae sunt Sacerdotialis officii c. 1. h. t. aliter vocatur *decanus*; & quidem in Ecclesia cathedrali, vel collegiata est *decanus urbanus*, seu *ciuitatensis*, qui praest Clericis, & Parochis in civitate existentibus; extra vero est *decanus ruralis*, seu *foranensis*, qui praest Clericis extra civitatem Episcopalem degentibus. 2. Archipresbyteratus, seu decanatus non est dignitas proprie talis, cum ei non sit annexa jurisdictione fori externi. Quae vero sit potestas, & officium Archipresbyteri consulenda est consuetudo locorum: quid autem possit, & debeat de jure comm. habetur c. 1. & seq. h. t.

3. Q. III. *Quid statuatur circa primicerium?* R. 1. Primitivus primus in cera, seu tabula cerata inscribi solitus, est cantor, qui praest Diaconis, & inferioribus Clericis in docendo, cantando, & lectiones assignando. Aliter vocatur *scholasticus*, qui dignitatem proprie non habet cum jurisdictione fori externi, sed quandam praerogativam cum administratione, & correctione c. 1. hujus tituli.

4. Q. IV. *Quid statuatur circa Sacristam, seu thesaurarium?* R. Sacrista est, qui immediatam curam habet sacri thesauri, ut calicum, candelabrorum &c. *cap. un. h. t.* De jure communi obtinet purum officium sine ulla jurisdictione, & praerogativa.

5. Q. V. *Quid statuatur circa custodem?* R. Custos est quasi minister sacristae, cujus officium est custodire utensilia Ecclesiae, dare signum pro divinis officiis, panem, & vinum, & alia ad altaris ministerium parare c. 2. h. t. Hodie officium custodis majori ex parte translatum est in adituos.

TITULUS XXVIII.

De officio Vicarii.

De Vicario Parochi, & Papae agit h. t. de Vicario generali Episcopi h. t. in Sexto. Item in Decreto *Can. 22. in nota 16. q. 7. & parum in d. 93. & 94. in Trid. S. 6. c. 2. S. 7. c. 5. S. 21. c. 6. S. 25. c. 16. de ref. ubi de Vicariis paroch. & d. 24. c. 16. & 18. de ref. ubi de Vicar. Episc. capituli, & paroch.*

1. Nota 1. *Vicarium* in divinis, & beneficiis esse illum, qui in cura animarum, ac divinis ministeriis vires alterius gerit. Et hic vel est *perpetuus*, qui Canonice instituitur in aliqua Ecclesia, assignata sibi congrua portione quasi in titulum, seu pro semper, ut ad libitum, & extra casus a jure expressos inde amoveri nequeat: vel est *temporalis*, qui constituitur ad tempus, ita ut ad nutum constituentis amoveri possit.

2. Nota 2. *Vicarium jurisdictionis* in genere esse illum, cui commissa est jurisdic-tio. Et, omissis aliis Vicariis, hic agitur de Vicario Episcopi, qui duplex est. *Natus*, qui ex dispositione juris constituitur, & quasi nascitur talis, hoc ipso, quod creetur in certo officio, uti est Archidiaconus, auctore jure communi. *Datus*, qui libere ab Ordinario constituitur. *Vicarii dati* sunt in duplici classe: alii, qui accipiunt ab Ordinario jurisdictionem diversam, et tamen subordinatam; & hi proprie dicuntur delegati Episcopi; ut si Vicario foraneo aliqua jurisdictione committatur. Alii, qui accipiunt jurisdictionem eandem cum jurisdictione Episcopi, modo tamen limitato, & cum dependentia ab Episcopo; & hi dicuntur *Vicarii generales*: & quidem si vires gerunt in temporalibus tantum, dicuntur specificae *economiae*, vel *administratores*, vel cum addito *Vicarii in temporalibus*; si vires gerunt tantum in spiritualibus, dicuntur cum addito *Vicarii generales in spiritualibus*; & ultra montes de stylo curia Romanorum *officiales Episcopi*: si vero vires gerant in spiritualibus, & temporalibus simul, dicuntur sine addito *Vicarii generales*. Praeter hos solet quandoque Episcopus habere *Vicarium in pontificalibus*, qui loco Episcopi actus pontificales exercet, ordinando Clericos &c. & vulgo dicitur *suffraganeus*: sed hic per se nullam jurisdictionem habet, nisi simul sit Vicarius generalis in spiritualibus, ut plerumque esse solet. Differunt autem Archidiaconus, & Vicarius generalis: nam Archidiaconus est Vicarius Episcopi natus, intulatus, & perpetuus, habetque jurisdictionem diversam, ita ut a tribunali ejus appelletur ad Episcopum; e contra Vicarius generalis est Vicarius Episcopi datus, temporalis, ad placitum amovibilis, habetque eandem jurisdictionem cum Episcopo, licet modo limitato, ita ut ab illo appellari non possit ad Episcopum, ut suis locis dicitur.

3. Q. I. *Quid juris circa Vicarium perpetuum parochialem?* R. 1. Ex justa causa constitui potest Vicarius perpetuus; ut si Ecclesia unita est alteri principali, dignitati, collegio, vel alteri universitati; vel si rector per se ipsum non potest administrare, aut non deest; ut si Episcopatus unita est rector pinguis parochia. 2. Vicarius nominandus est a rector principali, & si est P. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

beneficium patronatum, de consensu patroni, c. 1. h. t. & quidem si Ecclesia Parochialis perpetuo annexa est monasteriis, capitulis, & aliis piis locis, regulariter nominandus, & praeficiendus est Vicarius perpetuus, c. 30. §. qui vero de paroch. nisi Episcopus iudicare potius praeficiendum esse temporaneum, vel nisi Ecclesia unita esset monasterio pleno jure quo ad spiritualia, & temporalia, vel nisi antehac Ecclesia administrata semper fuisset per Regulares; tunc enim praefici possent Vicarii regg. ad tempus, Trid. Sess. 7. c. 7. de reform. Const. S. Pii incip. *Ad exequendum*, in fin. 3. Rectori principali, & non Vicario, incumbit externa defensio Ecclesiae, vindicatio jurium parochialium, fabricae reparatio, administratio vicariae, si ista vacet per mortem, vel resignationem &c. 4. In aliis fere omnibus Vicarius perpetuus aequiparatur parochia: & ideo instituitur ab Episcopo, c. 3. h. t. acquirat jus reale, seu titulum, non quidem *directum*, qui est pnes rectorem principalem, sed *utilem*, seu quasi titulum portionis sibi assignatae; curam parochialem libere exercet, ut non audeat se rector intrinsecare, cum non sit actu, sed habitu parochus; substituere sibi potest Vicarium ad tempus, non in perpetuum, *cap. 4. h. tit.* ne duo Vicarii perpetui sint in eodem beneficio. Expirat officium Vicarii perpetui morte ejus, vel resignatione, vel depositione.

4. Q. II. *Quid juris circa Vicarium temporaneum?* R. 1. Constitui potest ex justa causa, ut si Ecclesia vacet per obitum rectoris, vel si rector ob aliqua impedimenta, ut negotia, studia, infirmitatem &c. non possit Ecclesiam administrare. Et quidem ipse parochus ad breve tempus unus, vel alterius septimanae constituitur potest Vicarium idoneum, pro longiori autem tempore requiritur consensus Ordinarii, Trid. S. 23. c. 1. *de reform.* 2. Vicario temporaneo competet potestas cura pastoralis quasi ordinaria; licet multum similis sit delegatae ad universitatem causarum; & ideo totam hanc potestatem non potest alteri committere, nisi hoc consuetudo, vel speciale mandatum permittat; bene vero unum, vel alterum actum coadjutori delegare potest. 3. Expirat officium vicarii temporanei revocatione; item morte rectoris principalis, vel alio modo inducente vacationem; vel si ipse vicarius renuntiet suo officio: unde post mortem rectoris non potest administrare, nisi licentiam Ordinarii habeat, vel nisi consuetudo id permittat pro interim, donec de alio Vicario provisum fuerit.

5. Q. III. *Quid juris circa Vicarium generalem in spiritualibus?* R. 1. Hic libere constituitur ab Episcopo cum, vel sine consensu capituli; nisi diocesis esset ampla; tunc enim Episcopus ad facilius expedienda negotia, teneretur unum, vel plures Vicarios constituere. Barbof. 2. Vicarii qualitates sunt, ut sit Clericus saltem primo tonsuratus, saecularis, vel regularis, exceptis mendicantibus per *Clem. 1. de Regg. etatis anorum 25. inchoatorum*, cum hos dignitas ejus, & jurisdictione excolet, ut alias dictum sit de etate, pietate, scientia doctoreali, & usu rerum idoneus, non conjugatus, non bigamus, & qui residere possit in civitate, aut loco sedis episcopalis. 3. Potestas illius extendit se ad omnia negotia subtrata jurisdictioni Episcopali, exceptis gravioribus, quae speciale mandatum requirunt *cap. 2. & fin. hoc tit. in 6.* ut sunt dare dimissorias pro ordinibus, conferre beneficia libere collationis ad Episcopum spectantia, admittere resignationes beneficiorum, Ecclesias unire, dividere, transferre, erigere, dispensare in irregularitatibus, votis, juramentis, observatione festorum, jejuniarum, statutorum diocesanorum, absolvere a censuris, vel casibus Episcopo reservatis, gerere negotia ardua, ut visitare diocesim, convocare synodum, tractare causas saeculares, & criminales majores, restituere in integrum &c. haec enim, & his similia specialiter reservata sunt Episcopo, licet de consuetudine praesertim Germaniae multa ex his possit Vicarius generalis; ut cognoscere causas matrimoniales; dispensare in denuntiationibus, observantia festorum, jejuniarum &c. Quod si in mandato generali exprimat aliqua causa specialis cum clausula: *Omnia alia, quae speciale mandatum requirunt*; vi hujus clausulae non potest majora expressis, sed vel aequalia, vel minora *arg. cap. 15. de ref. Clem. 2. de Procur. nam per reg. 81. in 6. in generali*

rali concessa non veniunt ea, que quis non esse voluntate in specie concessurus.

Potes. Potest etiam, impedio Episcopo, de speciali ejus mandato celebrare synodum, ut probat Fagn. ex decr. Cong. Conc. cap. Sicut olim de accusat. n. 10. Et n. ubi tam presente, quam absente Episcopo omnes preceps indutus vestitus, quibus per urbem incedit, si non est Protonotarius Apost. tunc enim, ut debet vestitus hinc nomen propriis Bened. XIV. lib. III. de synodo dioc. cap. 10. n. 2. &c.

6. Q. IV. An potestas, seu jurisdictionis Vicarii generalis sit ordinaria? Alciatus, Sor. Gomez. & alii dicunt esse delegatam, sed cum communi Re. affirmative: nam jurisdictionis a lege, vel Canone ratione proprii officii descendens est ordinaria l. 5. c. 6. ff. de jurisd. sed jurisdictionis Vicarii generalis ratione proprii officii descendit ex Canone, puta ex c. 2. h. t. in 6. licet enim Episcopus nominet, & determinet personam, tamen non ille, sed jus ipsum dat ei jurisdictionem, ergo: tum quia Episcopi, & Vicarii idem est auditorium, seu tribunal, & ideo a Vicario non appellatur ad Episcopum, sed ut eodem in 6. ne ab eodem ad se ipsum appellatio interposita videatur, ergo utriusque eadem est jurisdictionis ordinaria, modo tamen diverso: quia in Episcopo est principaliter, & illimitate quoad suam diocesim, in Vicario autem est limitate, & dependenter ab Episcopo; & propterea sublata jurisdictione Episcopi tollitur etiam jurisdictionis Vicarii, utpote eadem. Ex his soluta manent c. 9. de prob. de jurisd. dicitur in solidum, Can. 33. cons. 2. q. 6. l. 6. ff. de jurisd. l. 16. ff. eod. l. 2. 3. ff. de off. ejus. cui mand. Si quid tamen Episcopus committeret Vicario extraliteras mandati, id utique pertinet ad jurisdictionem delegatam.

7. Q. V. Quibus modis expiatur jurisdictionis Vicarii generalis? Re. 1. Revocatione, cum sit ad placitum Episcopi. 2. Morte, vel renuntiatione Vicarii. 3. Quotiescumque jurisdictionis Episcopi amittitur, suspenditur, vel limitatur etiam jurisdictionis Vicarii hoc modo cessat, cum eadem sit cum jurisdictione Episcopi.

8. Q. VI. Quid juris circa Vicarium capituli, sede vacante? Re. 1. Intra octiduum a die vacationis cognita eligendus, vel prior confirmandus est, saltem si major pars capituli in eum conspiciet, licet non observetur forma c. 42. de elect. prescripta pro electione Prelatorum perpetuorum. Ita de jure novo Trid. Sess. 24. c. 16. de ref. idque statutum est ad evitandum confusionem, & plura incommoda, qua nasci solebant ex communi totius capituli administratione. 2. Potestas Vicarii capituli extendit se etiam ad ea, que, sedepena, indigent speciali mandato, dummodo spectent ad jurisdictionem capituli; hanc enim est mens cit. Trid. nisi forsitan capitulum exciperetur, vel alteram causam, & eam committeret speciali delegato; in quo causa nulla confusio timenda foret. 3. Jurisdictionis Vicarii capituli expirat, dum novus Episcopus confirmatus possessionem adeptus est, qui etiam ab illo, & ceteris officialibus rationem administrationis exigit cit. Trid. At capitulum Vicarium a se dectum revocare non potest, nisi de consensu S. Cong. Episc. & Regg. bene vero si Vicarius datus est a Metropolitanano ob negligentiam capitularium, ut teste Barb. declaravit S. Cong. quia non in hac, sed in illa revocatione timentur incommoda secunda. Ceterum ipse Vicarius, licet ex causa renuntiare possit suo officio, regulariter tamen totam suam jurisdictionem non potest committere alteri, sicut nec Vicarius Episcopi arg. c. 4. h. t. nisi in casibus a jure, vel Principe permixtis, uti in casu infirmitatis, & simili arg. c. 1. h. t. in 6.

Vide notata Elencho II. n. XLVI. & lib. II. tit. 9. pag. n. 1. &c.

Premissio.

Pro intelligendis seqq. titulis prescienda sunt que traduntur in jure civili ad tit. de jurisdictione, & de officio judicis. Hic sufficiat solum terminorum explanationem afferre.

9. Unde I. Jurisdictionis a jure dicundo dicta est potestas publica juris dicendi, seu de causis controversis judicandi, ordinata ad communem subditorum gubernationem, & utilitatem, l. 1. §. 4. ff. de suspect. tu-

torib. ubi vocatur officium juris dicendi: & differt a dominio, que jure proprietatis, quia hoc est potestas privata ordinata ad bonum privatum domini, qualiter etiam in bonum privatum ordinatur potestas patria, tutoria, magisterialis, aconomica, & hujusmodi.

10. II. Jurisdictionis humana dividitur 1. in Ecclesiasticam fore externam, & internam pro personis, & causis spiritualibus, & Ecclesiasticis temporalibus: & politicam pro causis, & personis secularibus, & iure temporalibus. 2. In voluntariam, que sine strepitu judiciali exercetur in volentes, ut est in Canonicis ordinario, collatio beneficiorum, dispensatio &c. in politicis ad aptum, manumissio &c. & in contentiosam, seu contentiosam, que plerumque cum strepitu judiciali, aut impositione obligationis exercetur in invitos, ut leges ferre, judicare, punire &c. Contentiosa ultra territorium judicis proprium se non extendit c. fin. de Conf. in 6. cum extra territorium jus dicenti non poveratur imponere. Voluntaria regulariter ubique exerceri potest, excepto exercitio Pontificalium c. 7. de off. leg. Trident. Sess. 6. c. 5. de ref. 3. In ordinariam, que ratione proprii officii competit, & plerumque ex jure descendit, ut in Episcopo &c. delegatam, que non est officio, sed ex sola Superioris commissione competit: & quidem si commissio est ad universitatem causarum, seu ad omnes causas ejusdem, vel diversi generis, seu adrimoniales, & beneficiales, dicitur proprie jurisdictionis mandata l. 1. §. 1. ff. de judic. si vero commissio est ad unam, vel plures causas singulares, dicitur specificie jurisdictionis delegata l. 5. C. de jud. licet in communi uti jurisdictionis mandata, & delegata synonymice usurpentur. 4. In personalem que persone officium gerenti conceditur, quatenus obitus inheret, & cum ea extinguatur, seu non transit ad successores; & realiter, seu territorialiter, que dicitur loco inheret, ut castros, & transit ad quemcumque successorem talis loci. Realis affixa officio transit ad successorem officii. 5. In simplicem, imperium merum, & mixtum, licet Zoes simplicem negat. Jurisdictionis simplex est potestas cognoscendi, & decidendi causam absque imperio, hoc est, sine jure exequendi, & coercendi inobedientes. Cum vero potestas talis fere inutilis, & inefficax esset, raro pura conceditur, sed semper aliquid admixtum habet de imperio, & coercitione l. fin. ff. de off. ejus. cui mand. quia jurisdictionis sine modica coercitione nulla est. Imperium merum est potestas gladii ad animadvertendum in facinorosos l. 3. ff. de jurisd. cuius tres sunt actus: mors naturalis per decapitationem &c. mors civilis per maximam capitis diminutionem, seu servitutem, deportationem &c. & graviores penas non capitales, ut amputationem manuum, latrocinia &c. In foro Canonico, in quo etiam datur gladius spiritualis, recte ad imperium merum revocatur excommunicatio, depositio, degradatio, & alie gravissime penas. Imperium mixtum est potestas cognoscendi, decidendi, & exequendi causas civiles cum modica coercitione. Quare dicatur imperium merum, & mixtum consule Lexicon Kahl, Zoes, & Engl. tit. de off. jud. n. 16. Merum imp. a practico vocari solet iudicium sanguinis, & jurisdictionis alta; mixtum vero jurisdictionis bassa, seu inferior, & barbare Vigetia. Qui autem jura reservata Principis, seu regalia referunt ad imperium merum, eos dicit Zoesius fonnare; melius igitur dicentur pertinere ad jurisdictionem altam generaliter sumptam, seu dominium altum, vi cuius Princeps aliquid facit ex causis publicis, ut transferendo dominia, privando jurebus quæstis &c. 3. Jurisdictionis alta est privativa, seu separata, que ita competitum, ut excludat alterum. Sic judicare spiritualia competit judici Ecclesiastico privative ad laicum; alia concessiva, seu communitiva, que competit pluribus ut singulis; ita tamen, ut quisque in solidum possit judicare, nisi preveniatur ab altero: alia communis, que competit pluribus universis, ita ut unus sine altero procedere nequeat.

11. III. Judex est persona legitima habens publicam potestatem cognoscendi, & terminandi causas controversas litigantium secundum leges, & probatas consuetudines pr. In. de off. jud. nam totum officium judicis consistit in cognitione, & decisione, seu terminatione causa. Differt autem judex ab arbitrio compromissario, qui ille potestatem privatam habet a partibus.

12. IV. Judex varie dividitur: 1. In jurisdictionalem, qui preest jurisdictioni, seu qui jus, aut sententiam partibus dicere potest; & notionalem, cui sola notio, seu cognitio cause committitur absque potestate sententiandi. Talis erant iudices pedanei, ita dicti, quod ad pedes altioris tribunalis in inferiori subsellio assiderent; vel minoris momenti causas, non pro tribunali, sed pede plano judicarent. In horum locum hodie subintrarunt commissarii, auditores legatorum, & similes, qui prave causas examinant, ut rem omnem referant ad suos principales. 2. In supremum, cui competit summa potestas in judicando, uti est Papa, cujus jurisdictionis vocatur potestas clavium, Imperator, & alii summi Principes, quorum jurisdictionis vocatur majestas, seu major potestas. Subalternum, cui competit jurisdictionis summe potestati subordinata. Ordinarium, qui ratione proprii officii habet jurisdictionem. Delegatum, qui habet jurisdictionem ex commissione.

TITULUS XXIX.

De officio, & potestate judicis delegati.

Agitur de hac materia in Sexto, & Clem. h. t. in Decreto Canon. 1. & seq. d. 94. & Can. igitur 25. q. 2. & Canon. de qua causa 2. q. 4. in Trident. Sess. 14. c. 5. Sess. 25. c. 10. & alibi sparsim. In Pandectis lib. 1. tit. 16. ubi de legatis procons. & tit. 21. & l. 2. tit. 1. lege 5. 6. 16. 17. In Codice lib. 1. tit. 50. lib. 3. leg. 5. cum seq. auct. & l. fin. tit. 3. 4. eod.

1. Nota 1. Delegare in genere est alteri in suum locum substituto vices suas committere: hic autem specificè delegatio est commissio jurisdictionis. Unde iudex delegatus est, qui jurisdictionem exercet non vi magistratus, seu ex proprio officio, sed ex commissione, vel honoris ordinarii jurisdictionem habentis. Differt a iudice ordinario, quia iste vi sui magistratus, seu officii jurisdictionem habet, ut Episcopus; a Vicario generali, quia iste, licet vices agat alterius, tamen ordinarii jurisdictionem eandem habet cum Episcopo; a mero exequatore, quia merum ministerium, & non jurisdictionem habet.

2. Nota 2. Delegatum varie dividi: 1. In delegatum juris, qui ab ipso jure commissionem accipit, qualiter Episcopus in multis casibus contra exemptos procedit, ut delegatus Sedis Apostolicæ, delegatione accepta a jure, ut Trid. Sess. 5. c. 2. Sess. 25. c. 4. de Regg. Clem. un. de Suppl. negl. &c. & delegatum hominis, qui a iudice ordinario accipit commissionem, ut a Papa, Episcopo &c. & quidem si a supremo principe superiore non recognoscere delegationem accipiat, dicitur delegatus Principis; si ab alio iudice, dicitur delegatus inferioris. 2. In delegatum specialem, cui una, vel altera causa committitur, & delegatum universalem, seu ad universitatem causarum, cui vel absolute omnes cause, vel saltem omnes in certo genere committuntur, ut omnes cause decimarum &c. quod si restrictio causarum fiat ad certas personas, v. g. ad Titium, & Cajum, probabilis non est delegatio universalis, sed specialis, cum proprio non sit commissio generis, utpote restricta ad determinatas personas singulares. 3. In delegatos personales, dum commissio fit persone, & cum persona expirat; & delegatos reales, dum jurisdictionis committitur officio, seu dignitati. Et quidem si commissio fiat sub nomine proprio, regulariter censetur personalis, v. g. tibi Petre &c. si autem fiat principaliter sub nomine officii, censetur realis, v. g. Episcopo Olomocenfi commissimus &c. five addatur nomen proprium, five non; & hæc transit ad successorem in eodem officio. 4. In delegatos primo, quibus primum ab ordinario iudice; & subdelegatos, quibus a primo delegato jurisdictionis committitur.

3. Q. I. Qui, & ex qua causa delegare possunt? Re. 1. Non tantum summi, sed etiam inferiores iudices delegatum suæ jurisdictionis constituere possunt. Ita textus generales l. 5. 16. 17. ff. de jurisd. c. 7. de off. ord. in 6. ubi dicitur Episcopum vel per se, vel per alium, hoc est, delegatum in quolibet loco suæ diocesis posse pro tribunali sedere; nam per reg. 68. in 6. quod quis potest per se ipsum, potest etiam per alium. Neque ad delegandum requiritur imperium summum, sed sufficit minus, quod sensu explicatur l. 13. ff. de ju. P. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

visd. l. 12. ff. de judic. At iudex inferior sine consensu Principis non potest totam suam jurisdictionem transferre in alterum, quia hæc non est delegatio, sed abdicatio officii. Re. 2. Delegatus principis, ut Imperatoris &c. potest subdelegare, c. 3. 28. & fin. h. t. & l. 5. C. de jud. ibi: nisi a Principe iudex datus fuerit & l. un. C. qui pro sua jurisd. nam eminentiam Principis, quem delegatus representat, suadet, & exigit potestatem hujus subdelegationis; nisi expresse electa sit industria personæ propter arduitatem causæ, vel restrictio ponatur: per se ipsum, personaliter &c. At contra delegatus inferioris regulariter non potest subdelegare. Ita cit. l. 11. c. 62. §. fin. de appell. ibi: cum non nisi delegatus a Principe causam alii valeat delegare, ut scilicet evitetur multitudo delegationum. Excipit nisi primus delegans id permittat, vel nisi delegatus sit ad universitatem causarum, qui æquiparatur iudici ordinario. Et hoc sensu procedit l. 12. ff. de judic. ibi: is quoque, cui mandata est jurisdictionis, iudicem dare potest, ut sum legari proconsulam. Nudum autem ministerium, seu articulus aliquis non jurisdictionalis a quocumque delegato committi potest. Re. 3. Causa, ob quam delegatio fieri potest, est multitudo negotiorum, infirmitas, vel aliud impedimentum, vel alia quæcumque, etiam propria commoditas, cum circa hoc nihil precipiatur, licet ad honestatem delegationis saltem in delegato causa iusta videatur requiri c. 3. h. t.

4. Q. II. Qui constitui possunt delegati? Re. Omnes, qui specialiter non prohibentur: nam edictum de delegatis est prohibitorium in materia generaliter permittita. Et quidem præter eos, qui a natura prohibentur, ut infantes, amenes, stulti, muti, & impuberes discreto iudicio destituti, specialiter jure positivo prohibentur infames, servi, famina, senarii moi, excommunicati, Can. 1. infamis 3. q. 7. l. 12. ff. de jud. c. 24. de re jud. item etate annorum 20. expletorium necdum pollentes. Si tamen partes consentiant in eam, qui annum 18. egressus est, vel si Princeps scienter illum constituit delegatum, valet delegatio. Ita decidit Greg. IX. c. 41. h. t. nam Princeps censetur cum tali dispensare. Alienus subditus potest, non tamen invitatus cogitur suscipere delegationem. Quæ qualitates requirantur in delegato Papæ, aut Legati Pontificii, dictum est in tit. de rescript. Conditions in delegato requisitas enumerat Hoff. h. t. n. 3.

Liber, mas, gnarus, cui sit mens, integra fama. Etas, qui subsit, committitur huic bene causa.

5. Q. III. Quid juris, si causa pluribus sit delegata? Re. 1. Si commissa est pluribus simpliciter, ut universis, alter sine altero procedere nequit; alias processus est nullus, neque convalescit, si alii deinde approbet c. 16. & 21. h. t. & l. 39. ff. de re jud. nam jurisdictionis residet in omnibus simul sumptis, ergo alter sine altero procedere nequit: nec processus iste, utpote ab initio nullus, tractu temporis per subsequentem ratificationem firmatur per reg. non firmatur in 6. & l. 20. ff. de R. J. 2. Si commissa est pluribus ut singulis in solidum, alter sine altero procedere potest; & eo casu locus est preventioni inter delegatos c. 8. h. t. in 6. nec alter se immiscere potest, nisi ille, qui processum inchoavit, infirmitate, vel alia causa prepediretur. ibid. Tunc autem censetur jurisdictionis singularis in solidum concessa, dum Princeps rescribit sub hac forma, ut omnes, vel duo, vel unus procedat.

6. Q. IV. Que cause sint delegabiles? Re. 1. Regulariter omnes, que ad jurisdictionem ordinariam delegantis spectant, sive in prima, sive in secunda instantia c. 11. de off. ordin. licet de jure civ. Auth. ad hæc C. de jud. Iudex inferior ad quem appellatum est, per se ipsum cognoscere debeat de causa appellacionis, Re. 2. Iudex Princeps inferior non potest delegare alteri causas meri imperii, nisi in casu iusti impedimenti, ut absentia, infirmitatis &c. Ita de jure civ. l. 1. pr. ff. de off. ej. cui mand. ubi celebrat est textus Papiiani: quacumque specialiter lege, vel Scro, vel constitutione Principum tribuantur, mandata jurisdictionis non transferuntur; sed cause meri imperii non competunt iudici inferiori vi magistratus, seu jure ordinario, sed ex speciali commissione legis, ut ibidem subdit JCTus, ergo. At cause mixti imperii regulariter sunt.

sunt delegabiles, exceptis iis, quae iudici competunt ex speciali commissione legis, ut praestare auctoritatem ahenationibus minorum &c. l. 2. ff. cod. Hac de iure Romano, quod in his locis motes immutavit, cum hodie merum imperium plerumque sit pars jurisdictionis ordinariae.

7. R. 3. Episcopus, & alii Praelati delegare possunt causas, quae in foro Can. dicuntur meri imperii, ut degradatio, depositio, excommunicatio &c. nam causa istae pertinent ad ordinariam jurisdictionem Episcopi, nec ostendi potest specialis commissio juris, ergo nihil prohibet eas delegari; imo talem delegationem clare innuit c. 7. de off. ord. in 6. c. 2. de off. vicar. in 6. Clem. 1. §. propter de heret. R. 4. Praelatus Papa inferior non potest laico delegare causam Ecclesiasticam, nisi ei adjungat Clericum, c. 12. de foro comp. c. 2. de iudic. quia laicus, secluso privilegio Apostol. non est capax jurisdictionis spiritualis.

8. Q. V. Quid sit officium, & quae obligatio delegati? R. Licet officium, & potestas frequenter in usu confundantur; in hoc tamen differunt, quod officium significet quasi actum secundum, quid iudex teneatur facere: potestas vero significet actum primum, quid facere possit. Delegatus vi officii sui tenetur i. expedire, donec sibi praesentetur mandatum delegationis, c. 12. de appell. cum jurisdictionem non habeat, nisi ex mandato. 2. mandatum istud tenetur exhibere partibus litigantibus in forma authentica, vel in simili transumpto c. 31. h. t. c. 24. de Rescript. nam delegatio est facti contingens, ergo probari debet: & quidem a delegato Principis per litteras authenticas, a delegato inferioris saltem per testes ibid. & l. 1. C. de mand. princip. 3. diligenter observare debet fines mandati, & formam in eo praescriptam, c. 22. de refer. l. 5. diligenter ff. mandati. cum totam jurisdictionem habeat ex mandato. In ceteris omnibus observare debet ea, quae sunt iudicis, ut admittit probationes, & exceptiones iustas; frivolae vero rejicere, deferre appellationi, nisi causa commissa sit cum clausula: remota appellatione. Quoties a delegato appellandum sit, dicitur iit. de appellat.

9. Q. VI. Quanta sit potestas delegati? R. Tanta, & non major, quam in mandato delegationis exprimitur, nam delegatus vices delegantis gerit cap. 11. h. t. ergo id solum potest, quod continetur in mandato; saltem implicite, sine quo mandata jurisdictionis exerceri nequit. Unde in specie potest ea, quae sunt iudicis propria, ut partes citare, contumaces coercere, actorem ab excommunicatione absolvere, vel simpliciter, vel ad reincidentiam, spoliatum restituere, de iura competentia cognoscere, cum jurisdictione delegantis sit certa; & alia facere, quae ad causae decisionem sunt necessaria, cum hac omnia commissis censentur. Ita sparsum h. t. c. 1. 4. 5. 11. 21. Sec. Denique delegatus Principis sententiam a se latam potest exequi, dummodo delegans executionem specialiter sibi non reservaverit, c. 7. 26. h. t. c. 4. de for. comp. nam commissio absolute facta includit omnia necessaria ad plenam terminationem causae, inter quae etiam est potestas exequendi sententiam. Quod si delegatus a Papa non possit, vel non vult exequi sententiam a se latam, executionem ejus demandare potest ordinario iudici, cum ille sit superior in hac causa c. 7. h. t.

Delegatus autem ab ordinario non potest suam sententiam executioni demandare, sed iudex ordinarius illam debet exequi cap. si quis de for. comp. ibique Gloss. V. Ipsi.

10. Q. VII. An ordinarius teneatur exequi sententiam delegati Apostolici, licet sciat esse injustam? R. Affirmative, ut desitum est c. 28. §. quia vero h. t. tunc quia ordinarius, utpote minus exequitur, tenetur obedire praepcepto Superioris, & cum ei cognitio non sit permissa, non debet discutere illius sententiam, an iusta, vel iniusta sit, l. 3. C. si advers. rem iudic. tunc quia sic exequendo non peccat, sed praecise facit id, quod ordo juris deposcit, ne alioquin res iudicatae passim discutiantur, & calumniis obijciantur; condemnatus vero sibi impulerit, quod a tali sententia non appellaverit, cum pro iudice sit praesumptio iustitiae. Excipit, nisi sententia esset notorie iniusta, quia tunc cessat praesumptio iustitiae pro iudice; vel invalida contra jus, quia tunc delegatus non mandat ut iudex.

Item si ordinarius impetravit liberationem a tali executione, c. 28. vel si non est exequutor merus, sed mixtus valens cognoscere de impediendis, vel minuendis executionem. Ex his solvitur c. 7. de refer. c. 2. de crim. fess. l. 5. 7. C. de iur. fess. c. 44. de sent. excom. Vile nostras Refol. Can.

11. Q. VIII. Quomodo expirat officium delegati? R. 1. Revocatione delegationis legitime infirmata delegato, c. 24. de refer. l. 58. ff. de iudic. ubi Jctus ait: iudicium solvitur venante eo, qui iudicare iusserat, five sit res integra, five non integra, ut patet ex hoc textu. Delegatus autem in eo casu, quo totam suam jurisdictionem transfudit in alterum, re non integra subdelegationem revocare nequit c. 37. h. t. 2. Lapsu temporis praefixi, nisi partes in favorem suum praestitutum protogant tempus c. 4. & 24. h. t. 3. Finito negotio, five bene, five male sententia lata est, cap. 9. h. t. l. 9. C. quom. & quand. iud. quia delegatus iam functus est suo officio. Excipit delegatum ad universitatem causatum, cuius jurisdictionis manet, sicut ordinaria. 4. Pronunciatione, seu interlocutione, qua delegatus pronunciat sibi non competere jurisdictionem in hac causa, v. g. quia receptum est invalidum, si pars litigans ab hac sententia non appellat, c. 38. h. t. quia tunc delegatus censetur functus suo officio. At si pars appellavit, delegatio non extinguitur, sed tantisper suspenditur, donec articulus appellationis finiatur c. 34. de prob. 5. Reclamatione delegati, per sententiam ab arbitris electis laicam firmata, c. 5. h. t. in 6. Excipiuntur tamen in cap. 4. h. t. in 6. tres casus, in quibus causa suspensio, & revocationis non tractatur coram arbitris. 6. Morte delegati, si delegatio fuit personalis l. 57. ff. mandati: realis autem delegatio facta dignitati, seu officio transit ad successorem c. 14. h. t. cum dignitas non moriatur cap. 5. de refer. in 6. In dubio praesumenda est potius personalis, quam realis, quia delegatio est odiosa, adeoque stricte interpretatio. 7. Morte delegantis re integra, cap. 30. h. t. & l. 6. ff. de iuris. Praeter hos principales modos dantur alii leviores, quibus jurisdictione delegati expirat, ut si dati sunt plures delegati communiter, & unus eorum moriatur, vel incidat in impotentiam iuris, aut facti, c. 42. h. t. &c.

12. Q. IX. Quando res desinat esse integra? R. Ut res desinat esse integra, & ita perpetuetur jurisdictione delegati, sufficit, & requiritur citatio saltem in decreto citatorum redacta. Ita com. Canonist. contra quosdam legistas, qui requirunt litem contestationem. Prob. ex c. 20. gratum hoc iit. ubi Urban. III. referbit delegatum, citatione facta, posse, & debere in causa procedere, cum citatione facta negotium sit capium. Ratio est, quia ut res desinat esse integra, & jurisdictione delegati perpetuetur, sufficit, & requiritur saltem unicus actus intrinsecus, & substantialis iudicii in partes actus; sed citatio in decreto redacta est talis actus, ut de se patet, & habetur c. 11. de Probat. ibi: videlicet citationes, ergo. Ista autem citatio debet esse valida, quia quod nullum est, nullum producit effectum; non tamen necessario requiritur, ut fuerit parti praesentata, quia jurisdictione contentiosa non exercetur in praesentatione, sed confectioe decreti citatorii. Actus autem anteriores, ut consuetio notarii, loci pro iudicio, subdelegatio, & similes non sufficient ad perpetuandam jurisdictionem delegati, cum per eos non exercetur actus aliquis substantialis iudicii.

Obj. i. c. 19. h. t. requiritur litem contestatio ad perpetuandam jurisdictionem delegati. 2. Tunc res desinit esse integra, quando iudicium inchoatum est, sed per litem contestationem, seu lapidem angularem inchoatur iudicium, ergo.

R. ad 1. ne inter c. 19. & 20. h. t. admittatur contrarietas, ut eam admittunt Abb. Dec. Felin. & alii, dicendum est, quod in secunda parte c. 19. litem contestatio accipitur latius, seu ampliative, prout includit citationem, vel quod Lucius III. alternativam, utpote dubiam ibi omiserit, non exprimens ante litem contestationem, vel citationem, adeoque alienativa ista supplenda sit ex seq. cap. 20. ubi dubium hoc videtur resolutum. Haec interpretatio subtilis, licet modicum violenta sit, tamen ob auctoritatem communiorum DD. ad evitandam correctionem iurium in

in eodem tit. retinenda est, utpote licita per l. 2. §. 16. & l. 3. §. 13. ff. de P. J. E. Ad 2. Iudicium stricte acceptum, ut dicit instantiam a lite contestata usque ad sententiam definitivam, omnino incipit a litem contestatione; at iudicium late, & integraliter sumptum, ut dicit totum tractum, & processum forensium incipit a citatione, & definit in executione. Ne autem res dicatur integra, sufficit iudicium fuisse capium hoc fecundo modo per citationem: quo sensu explicatur l. 15. ff. rem rat. habet. Nov. 112. c. 2. §. 1. si vero &c. Nec urgent lib. 16. ff. & lib. 20. 22. C. de Procurat. nam procedunt de procuratore, quod non fiat dominus litis, nisi post litem contestatam, quod ultro fatemur.

13. Q. X. An gesta a delegato ignorantem mortem delegantis sint valida? puta si delegans mortuus sit re integra. Affirmant Innoc. Sanch. lib. 8. de marr. disp. 28. n. 4. & alii, sed R. in rigore juris negative. Ita Gloss. in c. 20. h. t. v. maxime. Gonzal. ibid. n. 9. & 10. cum cit. nam in cit. c. 20. ad hoc ut delegatio valide procedat, requiritur negotium saltem citatione fuisse quasi capium, ergo: tunc quia iura clare dicunt morte delegantis expirare jurisdictionem delegati, ut c. 30. h. t. ibi: mandatum re integra morte mandatoris expirat & c. 36. de Probat. ibi: illa quidem expirat omnino. Ratio est, quia ignorantia mortis non potest tribuere jurisdictionem l. 15. ff. de iuris. & in his, quae alias de iure sunt nulla, nihil operatur ignorantia, l. 32. ff. de ac. her. l. 23. ff. de O. & A. Opposita tamen sententia fulmineat de equitate per l. Barbarus ff. de off. Prat.

Dices: gesta subdelegati ignorantem mortem delegati valent, ergo & gesta delegati. R. N. con. nam subdelegatus operatur in virtute primi delegantis, qui supponitur vivere; delegatus autem, mortuo delegante, in nullis virtute operari potest.

14. Q. XI. Qui sint iudices conservatores? R. Sunt ii, qui dantur a Papa, vel alio summo Principe ad defendendum aliquos ab iniuriis, & violentiis manifestis absque indagine iudiciali, c. 1. & fin. h. t. in 6. unde conservatores, qui debet esse persona in dignitate Ecclesiastica constituta, pro defendendis Clericis, vel Regg. officium est, iura pristina tueri adversus manifestas violentias. Plura de his vide in Rodriq. tom. 1. qq. Regg. 9. 65. per 20. art.

Circa conservatores vide notata Elencho Pl. numer. XXXII. &c.

TITULUS XXX.

De Officio Legati.

Agitur de hac materia in Sexto h. t. In Decreto dist. 21. c. 2. d. 94. & 97. per tot. & Canon 7. in prim. 2. q. 1. & Canon 39. pervenit 11. q. 1. In Trid. sess. 24. c. 20. v. Legati & sess. 22. c. 7. de refer. ubi praecipitur observari c. 3. Romana de appell. in 6. Item ex Pandectis congruit iit. de offic. Procon. & iit. de off. Praefidis, & ex Codice iit. de mandatis princip.

1. Nota 1. Legatum Apostolicum, de quo hic agitur, in genere esse illum, qui a Papa mittitur ad certam Provinciam cum potestate administrandi negotia Ecclesiastica. Et quidem si legatio ista sine jurisdictione, legatus est nomen Internuntius, Orator, seu ut vulgo dicitur ex Italico Ambasciatore; si vero est cum jurisdictione gubernandi Provinciam, legatus est iudex ordinariae praedictae potestatis, licet in eo, quod vices mittentis agat, imiterit, delegatum, atque ita medius sit inter legatum, & ordinarium.

2. Nota 2. Legatos iudices esse in triplici classe: nam 1. sunt legati a latere, seu Cardinales Papa tanquam capiti a latere assistentes, qui mittuntur a Papa in gravioribus, & extraordinariis negotiis, ut ad praesidendum Concilio, ad pacem inter Principes componendam &c. 2. Legati missi, seu Nuntii Apostolici, qui de ordinario mittuntur ad gubernandam certam Provinciam, uti est Nuntius Apostolicus Viennae &c. 3. Legati nati, quorum dignitas perpetuo annexum est munus legationis, ac proinde hoc ipso nascuntur legati quod creentur in tali dignitate. Cujusmodi sunt Archiepiscopi, Salisburgensis in Germania, Rhenensis in Gallia, Tolentanus in Hispania, Pragensis in Boemia, Remigii a S. Erasmo. Pats I.

mia &c. plerumque sunt Primates regnorum. Jam circa constitutionem, & potestatem legatorum.

3. Q. I. Quo modo constituantur legati Apostolici? R. Legatus a latere, & nullus constituitur mandato Papae: seu litteris legationem continentibus, c. 2. h. t. in 6. Et quia legatio est facti, probari debet per litteras ab eo qui asserit se legatum missum arg. c. 31. de off. Del. & l. 1. C. de mand. princ. Cardinali autem ob praerogativam suae dignitatis merito creditur, nisi quid speciale sibi commissum asserat; tunc enim de hoc ipso per litteras authenticas docere debet, licet in praxi raro talis probatio exigatur. Legatus autem natus eo modo constituitur, quo creatur in dignitate habens annexum jus legationis.

4. Q. II. Quid quisque legatus possit, vel non possit? R. Generatim loquendo, quisque loco Papae exercere potest jurisdictionem ordinariam in fideles suae Provinciae. In specie autem ad legatos pertinet: 1. Reformare mores etiam in Episcopis, quibus sunt Superiores. 2. Deducere in usum Constitutiones Papales, vel si Provincia minus congruat, de hoc Papam informare. 3. Concedere statuta perpetua etiam Proconsum, & praesidium Provinciarum, quae durant etiam legatione finita c. fin. h. t. denique ea omnia facere quae potest Ordinarius in sua Provincia, nisi specialiter sint excepta c. 2. eod. in 6. Econtra Legatus non potest cognoscere causam commissam delegato Apostolico, quo in hac est inferior, nec immiscere se causae translate ad Sedem Apostolicam, nec transferre Episcopos, unite, vel videlicet episcopatus, constituitur Primatem, vel alia facere, quae specialiter Sedi Apostolicae reservata sunt, c. 2. 3. 4. 5. h. t. Item non potest adiri in prima instantia, nisi pro casibus specialiter sibi delegatis, Trid. sess. 24. c. 20. de ref. quo restringitur c. 1. h. t. Ex consuet. Bened. XIII. Concilium 12. Junii 1748. Legati Apostolici in Provinciis diocesis Ecclesiasticae nequeunt concedere in ephemeris, aut solum bona camerae Apost. devoluta. Neque restrictiones in integrum adversus caducitates incursas, aut purgationes mora: nec condonationes, aut compositiones super responsionibus non solutis. Possunt tamen concedere renovationes, ex parte termino convento in prioribus investituris, sicuti & consensum praestare in alienationibus bonorum, quatenus eorum utilibus possessionibus facultas ipsa alienandi, id est per contractus inter vivos nuncupatos in alios transferendi concessa est, ut in aucta Ferrariensi: Subsistat tamen pactis, & conditionibus semper faciendis, quibus iidem primi miles possessores tenebantur; & dummodo huiusmodi alienationes non fiant in fraudem ipsius Camerae, & ad pervertendam, atque frustrandam auctoritatem bonorum, seu iurium devolutionem, quae ob deficientiam successorum in investituris comprehensorum, & ad eas vocatorum, imminere dignoscatur.

5. Q. III. Qua sit praerogativa, & potestas legati a latere? R. 1. Hic innox egreditur a residentiali civitate Papae more Proconsulis utitur specialibus insignibus, cum quibus ingreditur civitates, & oppida sub baldachino, clero, & populo solemniter cum veste decore. Talia insignia sunt vestis purpurea cum veste lineae, seu byssina superiore, palafredus seu equus albus phalacatus, stenum, calcaria deaurata &c. Host. Barb. & alii. 2. Ubique extra urbem absolvet potest percussores Clericorum ab excommunicatione Canonis, c. 9. h. t. ubi haec potestas aliis Legatis restringitur ad Provinciam suam, ejusque subditos. Quia vero in his extensio non est facienda. Legatus a latere non videtur posse absolvere ab aliis censuris reservatis. 3. In Provincia sua exercet jurisdictionem ordinariam, cumulative, seu concurrenter cum alio Ordinarius, ita ut quaecumque beneficia conferre possit, etiam juris Patronatus Ecclesiastici, cap. 1. 2. hoc iit. in 6. exceptis beneficiis juris patronatus laici cap. 28. de iure patron. Electivis Ecclesiarum cathedralium, litigijs, Papae reservatis, & ob negligentiam Regg. exemptorum ad Episcopum devolutis, Clem. 1. de Suppl. negl. ubi implere talem negligentiam specialiter attribuitur Episcopo; uti etiam beneficiis non vacantibus, quorum reservatio prohibetur Trident. sess. 24. c. 19. de refer. 4. Legatus a latere confirmare potest electiones Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum exemptorum, c. 36. §. fm. de elect. in 6. nisi obitent specialia concordata, sicut

ficut Germanie, ubi Legatus Cardin. nec confirmat electiones, nec confert beneficia, nisi vacent mensibus Papalibus, & alias pertinent ad collationem Sedis Apostolicæ. 5. Jurisdicção Legati Card. extendit se etiam ad exemptos, juxta Gloss. c. 1. h. t. non tamen ad dispensandum in arate ad ordines, vel beneficia, vel in gradibus consanguinitatis, & aliis impedimentis, nisi hoc specialiter committatur. 6. Legatus Card. vi consuetudinis concedere potest indulgentias 100. dierum, de jure autem communi tantum 40. dierum c. 14. de pœnit. 7. Exercet legationem suam private ad alios Legatos, ita ut in presentia Legati Card. conticeat jurisdictione Nuntii Apostolici c. 3. h. t.

6. Q. IV. *Que sit potestas Nuntii Apostolici?* R. Est ordinaria in sua Provincia concurrens cum jurisdictione aliorum Ordinariorum c. 2. h. t. in 6. non tamen se extendit ad conferenda beneficia c. 1. eod. bene vero ad absolvendum sua Provincie subditos ab excommunicatione Canonis c. 9. h. t. Amplior potestas desumenda est ex literis, seu mandato Apostolico, quo specialia quedam concedi solent.

7. Q. V. *An Nuntius Apostolicus vi clausula; cum potestate legati a latere, possit simpliciter ea omnia, qua Legatus Carvinalis?* Affirmant Garcias, Konig, Zoes, Pichler, & alii; sed probabilius cum Barb. Reiff. &c. R. negative: nam c. 1. h. t. in 6. Legatis non Cardinalibus, quantumcumque plenam legationem obtineant, negatur potestas conferendi beneficia, que tamen competit legatis a latere: tum quia in generali clausula, seu concessione non veniunt ea, que specialia nota sunt digna reg. 81. in 6. & ideo Vicarius constituitur cum clausula: ut possit omnia, que Episcopus, non potest ea, que specialiter potest Episcopus; ut conferre beneficia, graviora negotia tractare, ergo. Dicitur ergo dicta clausula nihil operari, cum tamen verba privilegii aliquid speciale operari debeant c. 2. de privil. in 6. R. N. illationem; nam clausula ista operatur relative ad contenta specialia in mandato, & vi illius Nuntius Apostolicus potest omnia, que sunt equalia vel minora expressis, non tamen majora, utpote specialia nota digna arg. c. 15. de rescriptis.

8. Q. VI. *Que sit potestas Legati nati?* R. Per se non est major, quam potestas dignitatis Archiepiscopalis, cui perpetuo annexa est legatio, nisi ex speciali gratia Sedis Apost. amplior potestas ei concedatur c. 9. h. t. ut ordinandi extra tempora, & non servatis interstitiis, absolvendi ab hæresi, cum pauperibus dispensandi in quarto, vel tertio gradu consanguinitatis; absolvendi ab excommunicatione Canonis &c.

9. Q. VII. *Quibus modis expirat potestas Legatorum?* R. Potestas Legati nati est perpetua, utpote dignitati annexa, neque amittitur a Legato, nisi amissa dignitate. At potestas Legati a latere, & missi expirat, revocatione, lapsu temporis, desertione Provincie animo non revertendi, & morte ipsius Legati. Morte autem Papæ legatis non expirat c. 2. h. t. in 6. cum sit potestas ordinaria simpliciter data, licet Papa moriatur, antequam Legatus ingressus sit Provinciam.

TITULUS XXXI.

De Officio Judicis ordinarii.

Agitur de hoc in Sexto, Clementin. & Extrav. com. h. tit. In Decreto d. 21. c. 2. & seq. d. 22. per 100. c. 3. q. 7. c. 9. q. 3. c. 10. q. 1. 2. 3. c. 18. q. 2. c. 3. q. ult. c. imerea, c. fin. 3. q. 5. In Triden. sess. 5. c. 1. 2. de ref. sess. 6. c. 3. 4. sess. 7. c. 5. 6. 7. sess. 13. c. 1. sess. 14. c. 3. 4. sess. 21. c. 4. 6. 8. sess. 22. c. 3. 9. 10. sess. 24. c. 4. 7. 8. 10. de rescrip. c. sess. 25. c. 9. 11. de Regg. sess. 25. c. 1. c. seq. de rescrip. In Codice lib. 1. tit. 3. 4. Nov. 83. c. 123.

1. Nota 1. Judicem ordinarium juxta rubricam h. tit. esse Prælatum, qui ratione perpetue, & stabili dignitatis, seu ex proprio magistratu jurisdictionem obtinet in suo territorio. Hinc licet Legatus ordinariam jurisdictionem habeat, quia tamen non habet perpetuam vi certi magistratus, non pertinet ad hunc titulum. Differt autem Ordinarius a diocesano, sicut genus a specie, cum diocesano sit Episcopus, Ordinarius vero latius patet, neque veniat nomine diocesani, nisi subjecta materia aliud suadeat, ut hic advertit Abbas.

2. Nota 2. Inter judices ordinarios unum esse summum, uti est Papa in tota Ecclesia, ceteros vero subalternos: ex quibus alii sunt majores, ut Patriarchæ, Primate, Archiepiscopi, & Episcopi, alii minores, seu inferiores, ut Archidiaconi, & Prælati regg. Parochus autem tantum secundum quid est judex ordinarius, puta pro foro interno, non externo. Hic agemus de potestate Papæ, Episcoporum, & his majorum: de potestate autem Prælatorum regg. commodius agetur lib. III. tit. de Regg. & de Parocho tit. de Parochiis.

3. Q. I. *Quoruplex distinguitur potestas in Papa?* R. Quadruplex: ut Episcopi Romani, ut Patriarchæ Occidentis, & Episcopi universales, œcumenici, seu summi Pontificis Ecclesie, & ut Principi politici in terris Rom. Ecclesie. Rursum in Papa, sicut in alio Principe, consideratur potestas ordinaria specie, que regulariter a jure communi, ejusque ordinem sequitur, & potestas absoluta, seu plenitudo Apostolica potestatis, que est supra omnia sui communem, quod Papa relaxare, aut tollere potest: item vi hujus potestatis, seu domini alii ex justis, & publicis causis potest dominium transferre ab uno ad alterum, jura questita tollere, ultimas voluntates commutare, jura naturalia, & divina invadendo, ut innocentes occidendo, subditos sine justa, & gravissima causa suis iudiciis, & rebus spoliando &c. nam hæc non est plenitudo potestatis, sed ut quidam dicunt, plenitudo imperialis, cum Deus Principi, sive Ecclesiastico, sive politico potestatem dederit ad regendum, & curandum bonum commune, non vero ad dissipandum, spoliandum, & pendendum.

4. Q. II. *Quid Papa possit vi suo potestatis?* R. 1. Papa, ut Episcopus Rom. habet jurisdictionem ordinariam in districtu Romano, quam exercet per Cardeinalem urbis Vicarium. 2. Papa, ut Patriarcha Occidentis est judex ordinarius omnium Archiepiscoporum occidentalem, 3. Papa, ut Episcopus universalis Ecclesie habet jurisdictionem ordinariam pro toto orbe christiano; immediate sibi a Christo datum Matth. 16. quocumque ligaveris &c. Joann. ult. pasce oves meas. Et vi hujus potestatis condere potest leges Ecclesiasticas pro tota Ecclesia, etque infallibilis in decidendis controversiis fidei, & morum, five intra, five extra Concilium generale, si ut doctor œcumenicus, fideles doceat, juxta orationem, & prædicationem Christi Luc. 22. rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. De qua materia fusc agunt Theologi præsertim polemici. 4. Papa, ut Princeps politicus est summus judex ordinarius in terris Romane Ecclesie dominio temporali subiectis, etque per suos ministros gubernat, sicut alii Principes seculares.

5. Q. III. *Quam jurisdictionem habeam S. R. E. Cardinales?* R. In Ecclesiis suorum titulorum habent jurisdictionem ordinariam, non tam ex jure, quam privilegio; adeoque visitare possunt Ecclesias, & Clericos sibi subiectos, eorum causas etiam criminales cognoscere, leges ferre, & alia, que ad jurisdictionem Episcopalem spectant exercere; ut beneficia suarum Ecclesiarum conferre, quatenus eis permittunt regule Cancellarie Apostolicæ. Præterea officium Cardinalium est, eligere Papam, in regenda Ecclesia cum adjuvante, schisma circa plures Pontifices dubios tollere convocatione Concilii generalis &c. Papa tamen mortuo, jurisdictione Papalis non devolvitur ad Collegium Card. Clem. 2. de Elect.

6. Q. IV. *Quam jurisdictionem habeant Patriarchæ?* R. Patriarchæ majores, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Jerusalemitanus, in toto Regno, seu territorio Patriarchali habent jurisdictionem ordinariam in Archiepiscopos sibi subiectos: qua tamen jurisdictione hodie quiescit, cum Ecclesie Patriarchales sint in manibus infidelium, solo nomine, & titulo, seu dignitate remanente in Ecclesia. Ceteri Patriarchæ minores, qui ex indulgentia Papæ, vel investita

tata consuetudine nomen Patriarchale obtinuerunt, nullam specialem potestatem de jure communi habent, ut Patriarcha Venetus, Aquilejensis, Æthiopia, & Indiarum &c.

7. Q. V. *Quam jurisdictionem habeant Primates?* R. Primates, qui majores metropoli præsident, potissimum in quatuor suam jurisdictionem exercent: 1. confirmant electiones Episcoporum non exemptorum; nisi concordata obstant. 2. audiunt querelas contra Archiepiscopos cap. 46. si Clerus 11. q. 1. 3. a sententia Archiepiscoporum appellatur ad eos. 4. suppleant eorum negligentiam in collatione beneficiorum. Hodie autem causæ majores criminales contra Archiepiscopos, & Episcopos reservantur Sedi Apostolicæ; minores vero decidende sunt a Concilio Provinciali, vel iudicibus ab eo deputatis, Trid. Sess. 24. cap. 5. de reform.

8. Q. VI. *Quam jurisdictionem habeant Archiep.?* R. 1. Præter jurisdictionem diocesanam in propriis subditos, habent etiam jurisdictionem ordinariam metropolitam in tota sua Provincia, h. e. in Suffraganeos, seu Coepiscopos sue Provincie, & in subditos eorum, Can. 2. per singulas 9. q. 3. Porto vi hujus potestatis Archiepiscopus confirmat electiones suorum Suffraganeorum, eoque consecrat, nisi jure speciali aliud statuat, sicut in Germania per concordata, 2. Vocat Suffraganeos ad concilium Provinciale, & de causa absentis eorum cognoscit, Trid. Sess. 24. c. 2. de ref. 3. Cogit illos ad officium suum præstandum, servata forma c. 2. de off. deleg. in 6. causas tamen criminales contra illos non cognoscit, c. 1. Trid. Sess. 24. c. 5. de refor. 4. Visitat Provinciam suam, & procuraciones a visitatis percipit, servata forma c. 1. de censur. in 6. 5. Supplet negligentiam Suffraganeorum in collatione beneficiorum c. 3. de suppl. negl. in constitutione œconomica Can. 3. cum similibus 9. q. 3. in absolute excommunicatorum secundum formam c. 8. h. t. in executione ultimarum voluntatum &c. 6. Transleundo dioceses suorum Suffraganeorum curat sibi præferri crucem, celebrat in Pontificalibus, populo benedicit ubique, etiam in locis exemptis ex privilegio Clem. 2. de privil. concedit indulgentias 40. dierum c. 14. in fin. c. 15. de penit. 7. In subditos Suffraganeorum jurisdictionem non habet, nisi in certis casibus a jure expressis c. 11. h. t. c. Can. 7. nullus 9. q. 3. ne jurisdictione Episcoporum, & ordo discipline Ecclesiasticæ confundatur.

9. Q. VII. *Qui sint illi casus in quibus Metropolitanus jurisdictionem exercere potest in subditis Suffraganeorum?* R. seq. præcipui: 1. Delicta notoria que in visitatione Provincie libere corrigere potest c. 1. §. sane de cens. in 6. uti etiam contentiones audire, & absolvere c. fin. eod. c. 1. de penis in 6. 2. Casus appellationis, dum subditi a sententia sui Suffraganei appellant ad Metropolitanum c. 1. de off. Leg. c. 9. h. t. c. 3. de appell. in 6. 3. Si Clericus agit contra Episcopum, modo non sit causa criminalis, Metropolitanus judicat in causa civili; si vero Episcopus agit contra Clericum, eligendi sunt arbitri Can. 46. si Clericus 11. q. 1. 4. Punire potest eos, qui injuria notoria suam jurisdictionem impediunt, vexando nuntios &c. c. 1. de pœnit. in 6. 5. Potest Canonicos cessantes a divinis, præsertim si id faciant in contemptum sui Episcopi, punire, & compellere ad officium suum etiam per censuras c. 12. §. ceterum h. t. 6. Potest Metropolitanus alicui prohibere prædicationis officium in tota sua Provincia, adeoque etiam in Ecclesiis suorum Suffraganeorum; imo malefactorum extra Provinciam relegere c. 11. de priv. c. 2. de arbit. Ceterum Metropolitanus has, & similes causas ad se delatas cognoscere debet in sua diocesi, vel in ea, ex qua causæ delatæ sunt, nisi consuetudo aliud habeat, vel partes in alium locum consentiant, & adit recusat Ordinarii c. 5. h. t. in 6. ut scil. ligantes reventur a laboribus, & expensis. Vide hic Gloss. c. 11. h. t. Barbof. & alios fufius de potestate Archiepiscopi feribentes.

10. Q. VIII. *Qua potestas, & quo jure competat Episcopi?* R. 1. Episcopo consecrato competit potestas ordinis; & quidem jure divino vi consecrationis, & characteris Episcopalis, quam potestatem exercet in verbis Pontificalibus, confirmando, ordinando, consecrando &c.

11. II. Episcopo, etiam tantum confirmato, compete

rit potestas jurisdictionis, qua constituitur judex ordinarius sue diocesis, ita ut præter clero, & populo, totiusque disciplina Ecclesiasticæ curam gerat. Hinc dicitur Episcopus latine Superintendens, seu speculator per excellentiam in jure Canonico, quia in suo districtu summam curam cleri, & populi habet; alioquin Episcopus genericè significat quemcumque inspectorem, qui alicui negotio præest, sicut in jure civili dicitur Episcopi panum l. fin. §. 7. ff. de munerib. ibi: item Episcopi, qui præsumt panis &c.

12. 3. Potestas jurisdictionis competit Episcopis mediate, & originative jure divino, quatenus Christus in Ecclesia sua instituit hierarchicum constantem Episcopis, Presbyteris, & aliis ministris, Trid. Sess. 23. Can. 6. at immediate, & formaliter potestas ista jurisdictionis competit eis jure humano Ecclesiastico, ut communis tenet contra Petr. Soto, de Castro, & alios: nam omnis jurisdictione Ecclesiastica derivatur a Petro, & ejusque successore Romano Pontifice, tanquam summo Principe Ecclesiastico, & Vicario Christi, ut frequenter insinuat sac. Canones; ergo ceteris Episcopis jurisdictione competit immediate, & formaliter jure humano Ecclesiastico. Ant. prob. ex Can. 1. d. 22. ubi Nicolaus I. ait: Omnes sive Patriarchæ cujuslibet apices, sive Metropolitani primatus, aut Episcoporum cathedras, vel Ecclesiarum cujuslibet ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia, illam vero solus fundavit Christus &c. Idem habetur cap. 2. & seq. ibid. & Canon 18. v. Episcopatus 24. quæst. 1. ubi Ecclesie particulares dicuntur procedere ab Ecclesia œcumenica Romana, tanquam radii a sole, nam a radice, rivuli a fonte, & cap. 4. de auctor. & usa pall. Innoc. III. dicit reliquos Episcopos vocatos esse in partem sollicitudinis, non in plenitudine potestatis, quia juxta Canon. 12. qui 2. quæst. 6. Ecclesia optima reliquis Episcopis vires suas credit largiendas &c. Id ipsum docet S. D. 2. 2. quæst. 39. art. 3. dicens potestatem ordinis haberi indelebiter per consecrationem, adeoque jure divino; potestatem vero jurisdictionis per simplicem inunctionem hominis, seu jure humano. Ratio est a posteriori, quia Romanus Pontifex Episcopos instituit, confirmat, transfert, Episcopatus erigit, dividit, unit, & exigente causa jurisdictionem Episcoporum tollit; que omnia sunt signa, quod jurisdictione ista a Papa derivata sit in Episcopos.

Dicitur juxta cit. Can. 18. ceteri Apostoli oram cum Petro pari consortio præditi & honoris, & potestatis; Episcopi autem succedunt ceteris Apostolis: ergo habent potestatem a Christo datam, & conf. de jure divino, secundum illud Actor. 20. v. 28. ibi: in quo Spiritus Sanctus vos posuit Episcopos regere Ecclesiam DEI. R. S. Cypr. clare ibi probat Ecclesiam esse unitam ab unico fundamento, cui dixit Christus: tu es Petrus &c. ac proinde par ista potestas principaliter fuit in Petro, & derivative, seu per delegationem in ceteris Apostolis, ut docet S. Leo relatus in Canon 7. ita d. 19. Imo dato, quod potestas Apostolorum fuerit juris divini, exinde non sequitur aliis Episcopis eandem, & eodem modo communicari potestatem; alias in toto orbe predicare possent, sicut Apostoli. Nec obstat textus cit. Act. 20. & alii similes, quia plus non probant, quam potestatem Episcoporum, & Presbyterorum esse juris divini originative, & mediate, cum Spiritus Sanctus dicatur facere, quod facit Ecclesia a Spiritu Sancto directa juxta illud Ephes. 4. DEUS posuit quosdam Apostolos, alios doctores &c.

13. Q. IX. *In quo consistat potestas Episcoporum?* R. Potissimum in duplici lege, diocesana, & jurisdictionali, arg. c. 18. h. t. quas leges varii varie explicant apud Fagn. cit. c. Prælatet interpretatio Glossæ, juxta quam lex diocesana est, que concernit ea, que consistunt in recipiendo, seu in dulci passione, hoc est, que Episcopus ab aliis recipere de jure potest: lex jurisdictionalis est que concernit ea, que consistunt in agendo, seu dando, dum Episcopus per actionem suam aliis quidpiam conferre debet. Enumerantur fere omnia ad utramque legem spectantia c. 16. h. t.

14. Unde R. 2. Ad legem diocesanam spectant 1. Cathedralicum, seu pensio duorum solidorum, que auctororum quotannis solvenda in synodo, ob quod etiam synodaticum dicitur.

2. Nec neque in memorabilibus contraria consuetudine præ-

